Quelle: http://manuscripta.at/?ID=83
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quod dicitur enim miserere anime tue et places deo quia dicitur si vis placere deo
miserere anime tue secundum quod dicit augustinus Qui ordinate vult dare elemosinam
a se ipso primo debet incipere Et salomon in proverbiis Vir faciat anime sue
vir misericors Et gregorius plus est dare de se quam de suis Secunda elemosina
consistit in cordis compassione unde job flebam quondam super eo qui afflic-
tus erat et anima mea compaciebatur pauperi Tercia elemosina consistit in
manuali actione unde ysaias frange esurienti panem tuum etc
Secundo ad quid est quarta elemosina bona facit homini primo deum in membris suis
reficit et satiat unde quod dicitur unum ex minimis meis fecistis mihi fecistis
Esurivi et dedistis mihi manducare etc Secundo elemosina proximum illuminat unde
quod lucet lux vestra coram hominibus Tercio elemosina corpora illuminat et
remuniat unde salomon in proverbiis honora dominum de tua substancia sub
ceteris Qui dat pauperibus non indigebit Quarto elemosina a peccatis et
a morte liberat ipsa enim purgat a peccato et facit invenire vi-
tam eternam Quinto elemosina vitam paradisi preparat unde in proverbiis donum hominis
dilatat viam eius et ante principes spacium ei facit Sexto elemosina eternaliter
remunerat unde ecclesiasticus Benefac iusto et habebis retribucionem magnam et
si non ab ipso certe tamen ab ipso deo Elemosina autem quantum valeat ad
obtinendum vitam eternam ostendit scriptura que dicit vis esse bonus mercator
egregius fenerator prudens mercennarius etc da quod non potes retinere
ut sequaris que non potes amittere da modicum ut accipias mul-
tum vel centuplum da alienam possessionem ut accipias eternam hereditatem
da terrenum cibum et potum ut habeas celestem accomoda tectum ut possi-
deas celum et tamen de illo etc

Quibus deceamus misereri — Secundus homo qui miseretur et comodat david in psalmo Ro quinque sunt
pauperes quibus debemus misereri primus est anima tua cuius debes misereri
unde salomon miserere anime tue placens deo Ut peccator quod fecit tibi
anima tua quod vis eam tradere ieheene igni ut purgatorio quia si in uno
mortali peccato decedis in perpetuum dampnaberis Confitere ergo peccata tua
hic et punias ne in inferno ut in purgatorio puniaris ubi momentum
videtur esse mille anni pre amaritudine unde ieremias Scito et vide quam ma-
lum et amarum est reliquisse te dominum deum tuum Secundus pauper cui debes
misereri proximus tuus qui in te deliquit ut dominus indulgeat tibi peccata tua
mathei vi — quod dicit dominus quod si vos non dimiseritis nec pater vester qui in celis est
dimittet vobis peccata vestra Nonne dicimus in dominica oracione dimitte
nobis debita nostra etc Tercius pauper est ipse deus qui dicit in job miseremini

unde augustinus dicit tibi deus aliquid contra te teneo et tu aliquid contra alium
tenes dimitte tu et ego tibi dimittam

mei misere